



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 69.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

tem leuant, dicentes, Sicut promissisti, da nobis, vbi rebus ditemur, aut præliemur; alioquin ad patriam non reuertimur. Ille volens compulsus à suis super Guntramnum ire; Austrasij valde insidiose dicunt ad eum, Sacramentis pacem cū Gūtramno firmasti: quopacto possumus super eum irruere? Vnanimiter exclamantes, se super Chilpericum velle ire, protinus mouentes super Chilpericum: iam eius exercitus ad propria festinans longe abierat.

## Caput 68.

h. al. Thorua



VM hæc cognouisset Chilpericus, terga vertens Turonos peruenit. Sigibertus post tergum eius Parisios venit, ibiq; sanctum ac beatissimum Parisiorum vrbis Episcopum cum Sigibertus vidisset, hæc ab eodem verba prophetiæ audiuit, Si germanum tuū ita persequere, cogitas, vt eum interficere disponas & regnū suū auferre Scriptum est; Foueam quam fratri tuo parabis, in eam cadebis. Cuius castigationi nolens annuere, cogitabat optata perficere. Cumq; Victoriaco accessisset, omnes Neostriasæ actu venientes se suæ ditioni subiecerunt, Ansoaldus tantum cum Chilperico remansit. Fredegundis duobus pueris dolo transmissis. Sigibertum interficiunt, & ipsi interfecti sunt. Resumptis viribus Chilpericus suum regnum recepit.

## Caput 69.

i al. sports  
Aimoia. j. c. 14

RVnechildis cum filio suo Childeberto Parisijs sub custodia tenebatur; Sed factione Gundoaldi Ducis Childebertus in i pera positus per fenestram à puero acceptus est. Et ipse puer \* singulos eum Metris exhibuit. Ibique à Gundoaldo vel Austrasij in regno patris sublimatur. Brunichildis iussu Chilperici exilio Rothomagi retruditur. In eo anno fulgor decurrisse

rille visus est. Sigibertus in Ecclesia sancti MEDARDI sepultus est, ætate quadragenarius, decimo quarto regni sui anno.

**A** Transitu Theodoberti senioris vsque ad exitum SIGIBERTI anni XXVIII. A principio vsq; ad diluuium ann. duo millia CCXLII. A diluio vsque ad Abraham anni DCCCCXLII. Ab Abraham vsque ad egressum filiorum Israël ex Ægypto anni CCCCXLII. Ab egressu filiorum Israël ex Ægypto vsq; ad ædificationem templi, vsque ad desolationem eius & transmigrationem Babylonix anni CCCC. A transmigracione Babylonix vsque ad passionem DOMINI anni DCXLVIII. A passione DOMINI vsque ad transitum sancti Martini anni CCCCXII. A transitu sancti Martini vsque ad transitum CHLODOVEI regis anni CXII. A transitu Chlodouei regis, vsque ad transitum THEODOBERTI anni XXXVII. A transitu Theodeberti vsq; ad exitum SIGIBERTI anni XXIX. quod simul ann. quinque millia DCCCLXXIV.

Caput 70.  
k al. anni 19.  
Greg 4. cap 27.

**C** Hilpericus filium suum Meroueam Pictauis cum exercitu direxit. Et exinde reuertens in Rothomagum accessit & Brunichildem in coniugium accepit. Protinus Chilpericus ipsum de ea separauit. Campanenses & Sexionas peruasert. Chilpericus cum exercitu contra eos inualuit, Sexionas recepit. Filium suum Meroueam Honus clericatus tonsurare fecit: & presbyter ordinatus. Rocolenum Ducem, Gunthramnum idemq; Ducem psequen-

Caput 71.  
l. Childebertus. m al. Rothomago.  
Greg. Tur. lib. 5. Franc. cap. 2. 4. 14.  
Aimoin. lib. 3. cap. 15.  
n al. Saxones corrige Sexionas.  
o al. Honus Annisole fecit

T r t t z                      quen-

( tonsurare clericari fecit. Apud Aimoin,